1403 *k*

/NIVS · Ɔ · L · FRVCTVS
NONIVS · Q · L · FAVSTILLVS
ONTIVS · L · L · PRIMIGENIVS
ALFICIVS · C · L · VALENS ·
FICIVS · C · L · PRIMIGENIVS
/S · C · L · FELIX
I · L · HERMES
TI · L · GALAESV
EVME

l

VSTVS ·
S EVPHEMVS
CLAVDIVS HYMENAEVS
C IVLIVS ATIMETVS ·
SEVIVS TERTIVS
PTVS

VS
SMVS
RIMIGENIVS
L · L · GENIALIS ·
R · L · REGILLVS
IVS · C · L · INGENVVS
VIBIVS · Ɔ · L · NYMPHICVS
Q IVNIVS · Q · L · EPAPHRODITVS
T · QVINCTIVS · T · L · ASBESTVS
M · VOLVSIVS · M · L · ASTIVS
A · VIBIDIVS A · L · GNORIMVS ·
M · VOLVSIVS · M · L · BOETHVS
L . APPVLEIVS · L · L · HYACINTHVS
L · AQVILLIVS Ɔ · L · DELPHVS
C CAESETIVS · Ɔ · L · ANDRONICV sic
NIVS · M · L · TERTIVS Q

Descripsi et recognovi. Egerunt de laterculis his R. Venuti in litteris s. d. 6 Iun. 1739 apud Gorium symb. dec. 1 vol. 1 p. 46 (cf. dec. 2 vol. 1 p. XVII, vol. 2 p. 107); Martorelli theca p. 441; Belgradus p. 55. Ediderunt Diss. Isag. et Fiorellius n. 1169—1172 (*a* = Diss. tab. XVI, Fior. 1169 α — *b* = Diss. tab. XV, Fior. 1172 ι — *c* = Diss. tab. XIV, Fior. 1172 ζ — *d* = Diss. tab. XIV, Fiorelli 1169 β — *e* = Diss. tab. XVI, Fiorelli 1172 κ — *f* = Diss. tab. XVI, Fiorelli 1171 δ — *g* = Diss. tab. XV, Fiorelli 1170 γ — *h* = Diss. tab. XV, Fiorelli 1172 ϑ — *i* = Diss. tab. XV, Fiorelli 1172 λ — *k* = Diss. tab. XVI, Fiorelli 1172 η — *l* = Diss. tab. XVI, Fiorelli 1171 ε).

Venutii cum l. c. tradant titulum nullum adfuisse, duas tribus nominari Veneriam (cf. *a* 2, 5) et Concordiam (cf. *b* 1, 1), infra scriptum esse litteris maioribus *adlegerunt* (cf. *c* 1), probabile est fragmenta quaedam eos vidisse pleniora.

1404 [= 2388] in basi parvae statuae aereae Fortunae rep. Herculanei. Frustra indagavi.

PHILEMONIS · SECV · MAG · GEN · C ·

Bajardi catal. p. 155; *Antichità di Ercolano* T. VI p. 107. 111; Avellino opusc. III p. 11. Henzen 7159.

Collata n. 814 probabile est legendum esse *Philemonis secu(ndarum) mag(istri) gen(io) c(ollegii?)*, ut *magistri* nominativus sit.

1405 [= 2387] in porca aerea rep. Herculanei 12 Sept. 1739 una cum statua Herculis instrumentoque ad sacra facienda VENVTI *scop. di Ercol.* p. 133.

HER · VOE · M · L ·

Recognovit Brunn. *Antichità di Ercolano* T. V p. 71. 207. 279. Gerhard *Neap. ant. Bildw.* p. 178.

Solve HER*culi* VOT*um* (?) *Merito Libens.*

1406 [= 2384] rep. Herculanei d. 18/20 Iul. 1757 *a la maceria de Bisogno* ACTA. Extat in museo Neapolitano.

IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG · PONTIF · MAX
TRIB · POT · VII · IMP · XVII · P · P · COS · VII · DESIGN · VIII — p. C. 76
TEMPLVM · MATRIS · DEVM · TERRAE · MOTV · CONLAPSVM · RESTITVIT

Descripsi et recognovi. Acta publica s. d. 18/20 Iul. 1757; Camillus Paderni custos musei Herculanensis in epistula ad Thomam Rollin data Portici d. 1 Febr. 1758 edita *Philosophical transactions* vol. 51 (1758) p. 620; Diss. Isag. p. 59; Romanelli *viagg.* 2, 86; Avellino inscr. mus. Borb. p. 1 n. 2; Fiorelli cat. n. 1151. Orelli-Henzen 744. 6122.

1407 [= 2389] in manu aerea tribus digitis extensis, rep. Herculanei 8 Ian. 1746. Frustra indagavi.

N · EGNAT · C · L ·
ANAVOS

Acta cod. bibl. Neap. X. C. 79 s. d. 22 Febr. 1746; *Antichità di Ercolano* T. VI praef. p. III p. 409.

1408 litteris bonis. Resinae in villa Nugent, antea Riario BRVZZA. Nunc ibidem in villa Galante.

NEMESI · SANT ·
SACR
Q · PONT · EVSCHE
MVS · V · S · L · M

Ectypum dedit per Henzenum Iohannes Asprenus Galante. Dedit item Bruzza.

1409 litteris saeculi secundi; in monte Vesuvio supra Resinam rep.

COMMVNIS · C · PETRON
SALTVARIVS · VOTVM
SILVANO · SOLVIT · LIBES
MERITO

Ad ectypon chartaceum a Fiorellio sibi exhibitum descripsit Nissen, ed. Henzen *Bull. dell' inst.* 1866, 250.

Tituli n. 1408. 1409 prae se ferunt aetatem Herculanei ruina posteriorem.

1410 [= 2390] rep. Herculanei. Extat Neapoli in museo.

DIVO IVLIO
HERCVL*a*NENSES

Descripsi et recognovi. Martorelli in litt. ad Gorium 31 Ian. 1750 (symb. dec. 2 vol. 2 p. 126. 146); Diss. Isag. p. 59; Fiorelli cat. n. 1155.

1411 [= 2391] rep. Herculanei in theatro. Extat Neapoli in museo.

DIVÓ · IVLIÓ ·
AVGVSTÁLÉS

Descripsi et recognovi. Venuti *scop. di Ercol.* p. 83; Maffei *tre lett.* p. 27, M. V. 350, 1 (ex eo Donat. 86, 8); Diss. Isag. p. 59; Fiorelli cat. n. 1156. Orelli 610.

1412 [= 2392] rep. Herculanei in theatro. Extat Neapoli in museo.

DIVÓ · AVGVSTO
AVGVSTÁLÉS

Descripsi et recognovi. Venuti *scop. di Erc.* p. 83; Maffei *tre lett.* p. 27, M. V. 350, 2 (ex eo Donat. 87, 1); Diss. Isag. p. 59; Fiorelli cat. n. 1157. Orelli 610.

AVGVSTO·DIVI·F (*om.* DIVO) Venuti.

8164 prope Nolam rep., dum cisterna effoditur; est Pompeiis apud Iohannem Beacall.

BASILica?
II · CE
CTAE · I
pLVRIB · /

Ioh. Schmidt descripsit a. 1879.

8165 S. Paolo Belsito prope Nolam.

C · AVFVSTIVs
· TERPNVS
//////AC AVC

Colonna-Stigliano descriptam dedit.

2 TERENVS traditur. — 3 *mag(ister)* potius quam *sac(erdos)*.

8166 *a Sant' Erasmo di Saviano*, prope Nolam *all' angolo della strada di Somma Vesuviana poco prima della casa del vescovo di Muro D'Ambrosio*.

C · HERVCIO
VRBANO

Iosephus Faraone misit a. 1879.

XXXX. HERCVLANEVM (p. 156).

ad n. 1405. Delineata reperitur in tabulis Herculanensium antiquitatum causa paratis vol. I n. 67.

ad n. 1407. Delineata reperitur in iisdem tabulis vol. I n. 58.

ad n. 1421. Vere rep. est Herculanei m. Nov. a. 1871 testibus actis visis Dresselio.

ad n. 1465. Fortasse est fragmentum musei Neapolitani editum n. 3229.

8167 parva ara marmorea rep. Herculanei m. Nov. a. 1872.

SALVTI
SACRVM

Ex actis effossionum excerpsit Dressel.

8168 extra Herculaneum in villa, unde papyri prodierunt, rep. a. 1759 in fragmentis pilae cuiusdam, quae creditur sustinuisse protomen aeneam notam sub Senecae nomine ad latus repertam.

a. *letra igual á las otras sobre un pedacillo de marmol* WEBER 16 Nov. 1759 p. 264. Vide ad *c* quae habet PADERNI.

b. *en continuacion del otro termine y inscripcion* [id est *c*] *se ha encontrado dos apertenicientes pedazos, de cerca 1 pal.* ½ *cadauno de largo, y grueso 6 por 5 onz. con la letra* [deest tabula] WEBER sine die p. 264. *Due pezzi di marmo cipollazzo, forse parte di questo termine* [id est *c*], *con queste lettere, e altro pezzo di onc. 5 per 6, sono larghi li detti pal. 1 e onc. 6 ciascuno* CATAL. B 7 Dec. 1759 p. 265.

c. *pedazo de marmol zibolazo de cerca 1 palmo en quadro y 5 de largo* WEBER 16 Nov. 1759 p. 263. *Termine di marmo biscio la metà caduto e franto in molti piccoli pezzi.... mancano de' caratteri alla piccola iscrizione che in esso vi è formata di bel carattere; ciò de' quali sossistono sono li seguenti in dui diversi pezzi, in uno è* [id est *a*], *l'altri caratteri che devono seguitare sono li seguenti* [id est *c*]. *ma fra li primi e questi ultimi mancano lettere* PADERNI 17 Nov. 1759 p. 264. *Termine di marmo cipollazzo alto con la base pal. 5, largo pal. 1 e grosso onc. 9, rotto in molti pezzi* CATAL. B 17 Nov. 1759 p. 265.

Weber:	*Paderni:*	*Catal. B:*	*Weber 16 Nov.:*	*Weber 22 Nov. (inde tabula Petrae):*	*Paderni:*	*Catal. B:*
T	TV	VU	SPIS· Q	SPIS· Q	ΞSPIS· Q	TIISPIS

Fragmentorum horum hodie deperditorum memoriam servarunt relationes eorum qui effossionibus Herculanensibus institerunt Caroli Weber et Camilli Paderni elenchique rerum eruderatarum ab iisdem conscripti; quae omnia ex actis scriptis diligenter collecta edidit Iulius de Petra in commentario *i monumenti della villa Ercolanese* (inserto parti priori voluminis eius de quo dixi in add. ad p. 89), cuius commentarii paginas supra adscripsi. Restitutionem autem quam ibidem (p. 173. 265) temptavit Comparettius TELESPIS | Q, id est *Teles Pis(onis) q(uadratarius)*, defendi non posse cum rerum periti statim intellegant, non opus est hoc loco repetere quae contra Comparettium disputavi *Archaeologische Zeitung* 1880 p. 32. Quid vero fuerit in pila ut certo demonstrari non potest, ita ne probabilia quidem ut proponeremus nobis successit. Nam quae illo loco commendavi T·EPPVLEIVS·THESPIS | DE·SVA·PEQ, ea recte monuit Petra spatium excedere; pila enim cum lata fuerit palm. 1, pars scripta quae prodiit, si vere pictura archetypi mensuram aequare dicitur, lata circiter palm. ½, desiderantur tot fere litterae quot supersunt, cui numero apta restitutio probabilis nulla reperiri potuit. Augustus Mau quod proposuit (*Bull. dell' Inst.* 1880 p. 126) THESPIS | Q ut spatio recte se accommodat, ita et secundum fragmentum excludit nec perspicitur Q quid significare potuerit; nam quaestores servi familiae imperatoriae a privatae domus collegio abhorrent.

XLI. NEAPOLIS (p. 170).

ad p. 170. De nominibus civium Neapolitanorum quae refert Strabo, confirmavit titulus nuper Neapoli ex vetusta ecclesia S. Iohannis maioris extractus, quem edidit Antonius Sogliano *Archivio storico per le provincie Napoletane* 1 (1874) p. 567:

ΑΝΟΣ ΜΑΜΕΡΚΟΥ ΚΑΙ ΟΙ ΥΟ
ηΡΑΚΛΕΙ ΑΝΕΘΗΚΑΝ

ad n. 1492. Cf. *Docum. ined. per la storia de' musei d' Italia* vol. 2 p. 51. — Ian. Aspr. Galanti in commentario 'de regione Herculanensi Neapoli' (inserto voluminis Pompeiani, de quo dixi ad p. 89, parti priori p. 105 seq.) 'miraculorum libelli ex actis S. Agrippini' (editi apud Mazochium de SS. Neapolitanae ecclesiae episcoporum cultu Monum. III) affert duos locos alterum partis primae scriptae ante saec. VIII, ubi nominatur 'mulier aliqua nomine Panara in supra dicta civitate Neapolitana habitans regione Herculense', alterum partis tertiae scriptae saec. X, ubi est: 'dum pergeret in regionem videlicet Herculensem, plateam Furcillensem'. Idem adnotat in regione ea Furcillensi, in vico modo *dei Ferrari* sive *dei Chiavettieri*, quondam *dei Tarallari* appellato adhuc esse templum olim dictum S. Mariae 'ad Hercules', nunc S. Salvatoris *dei Chiavettieri*.